

dum, Tobias emit cibum, potum, vestem, iumenta, equos, vasa, supellectilem. Tobias œconomus & procurator aulicus fuit, nec defuerunt ampla dona, quibus rex suum sibi famulam arcibus deuinciebat. Ex his Tobias in aliis suæ gentis plurima liberalissimè deriuabat. Nam ad omnes vna captiuos frequentissimè reuisebat, solatis & monitis instruebat, aduersis non frangi docebat: *Pergebat, ait sacer Historicus, ad omnes, qui erant in captiuitate, & monita saluus dabat eis.* Gabelo sui generis viro non abundantè decem argenti talenta dedit mutua. Ad nostram monetam philippæorum sex millia. Cardanus censet fuisse ducatorum quinque millia. Tobias insuper omnes vbique pauperes miseratus famelicis cibum, seminibus vestium, mortuis sepulturam dedit, in neminem non beneficus. Et quod honestissimas actiones istas plurimum commendabat, assiduum Dei memoriam pectore fouebat. *Et quoniam memor fuit Domini in toto corde suo, dedit illi Deus gratiam in conspectu Salmanassar regis.* Tobias ergo in cogitando Deo assiduissimus. Memoriam Dei assiduum in animo nutrire, non animum tantum incredibiliter iudat, sed & facultates auget, & quiquid agendarum rerum est oculis beatissimis. Memoriam esse Dei in corde suo, verè sanctimonie fundamentum est, quod iam vberius explicandum.

§. I.

Tobias memor fuit Domini in toto corde suo, nec enim meminisse tantum Numinis, sed ex toto corde voluit meminisse. Atque hoc est omnia cum Deo, omnia in Deo, per Deum omnia transigere, animamque suam penitus in Deum transfundere & immergere: quod vitandi genus in hoc obte felicissimum est, quando quis vel horulam credit infelicem, qua Dei non meminerit, aut animum ad diuina non erexerit. Theologorum princeps Thomas Aquinas: *Obliuio, inquit, parui personis est euidens signum, cum & magis insignis memoria, qua magis estimamus.* Obliuio Dei, vilipensio Dei. Rex David hoc vno pene letatus: *Providebam, inquit, Dominum in conspectu meo semper: prouidebam, quia diligebam, & ideo diligebam, quia memoriam dilecti semper retinebam.* Contrarium est cernere in homine improbo, qui Dei memoriam excurti in veritum iuit, quod Plâtes dixit: *Non est Deus in conspectu eius, in cuius dim Hebraos versis 4. & 5.*

3. Thom. 1. 2. q. 47. ar. 2. ad 3.

Psal. 15. 8.

Psal. 10. sc. cū dūm Hebraos versis 4. & 5.

Memoria Dei. 1. Auger amorem diuinum.

2. Patientiam mirifice roborat.

3. A peccatis committendis retrahit.

Tob. 4. 6.

4. Omnes hominis actiones felicitate incrementa benedictione afficiuntur.

Hoc plurimum auget amorem diuinum: quotiescunque enim Dei meminimus, Deumque cogitamus, velut ligna subiticimus huic amoris igni fouendo. Deinde patientiam mirifice roborat hæc Dei memoria: quæ animo identidem suggerit: *Recordate I E S V M, aspice flagellus cæsum, intuerè spinis coronatum, suspiçe cruci suffixum, vide morientem.* Summa cernis exempli patientiæ: bibe, fili mi, bibe seruuè impatiens e calice, quem tuus ebibit Dominus. Tertiò hæc Dei memoria validè à peccatis committendis retrahit: nam fieri non potest, vt serio in Deum affectu ferat, mox tamen abeam, & in scelus me præcipitem. *I E S V* dulcis memoria, dans vera cordis gaudia. Hinc sanè non quaruntur falsa. Eam ob causam Tobias filio suo præcepit: *Omni diebus vitæ tuæ in mente habeto Deum, & caue, ne aliquando peccato consentias.* Perinde si dixisset: *Cauebis facillè peccatum, si memoria iugi aspexeris Deum.*

Quartò: certa docet experientia omnes hominis actiones felicitate incrementa benedictione affici ab hac iugi memoria Dei, adeò vt omnia nego-

Tom. I. P.

ria in hominis emolumentum cedant. Quod lucissimè hoc loco confirmatur: *Et quoniam memor fuit Domini in toto corde suo: Mox nulla interiecta vocula subiungitur: Dedit illi Deus gratiam in conspectu Salmanassar regis.* Hoc **QUONIAM** accuratè cogitatæque pendendum: *Et quoniam* memor fuit Domini, ideo dedit Deus illi gratiam. Hanc ipsam ob causam, quòd assidua Deum memoria complecteretur, Deoque adhereret indiuiduo & indissolubili nexu, idcirco Deus fortunas etiam & facultates illius miris auxit successibus. Quam prosperitatem rerum Salamon prædicens: *In omnibus, inquit, viis tuis cogita illum, & ipse diriget gressus tuos.* Quod & Tobias filio identidem instillans: *Omni tempore, ait, benedic Deum, & pece ab eo, vt vias tuas dirigat, & omnia consilia tua in ipso permaneant.* Summa hominis felicitas, assidua pæne cogitatione Deum completi.

b. 1. 1. 8.

Prou. 3. 6. Tob. 4. 2. 8.

Quintò, viri sanctissimi præcæ legis hæc Dei memoria singulariter excelluerunt, profectù rerum omnium ac successu incredibili. Abrahamo Deus imperauerat: *Ambula coram me, & esto perfectus.* Conatus cerè id facere; ambulauit coram Deo. Dixerat Deus: *Patriam tuam & omnem cognitionem tuam desere; obediuit, deseruit.* Iusserat Deus: *Circumcisionem recipere; paruit, recepit.* Præceperat Deus: *Filium tuum vt vitulum in victimam iugula; non restitit, manum gladio armauit, iugulare voluit, ferire cepit.* Quidquid iniunxisset ei Deus, quam promptissimè fecisset, quia coram Deo ambulauit, hoc est, iugem Dei memoriam retinuit. Hinc maximis facultatibus & copia rerum omnium abundauit, vir longè ditissimus, cui semper præsto essent trecenti octodecim famuli. Memoria Dei solet esse opulentissima.

5. Viri sanctissimi præcæ legis excellenter profectù rerum omnium successu incredibili. Gen. 17. 1. Iugem Dei memoriam retinebant, Abraham.

§. II.

Rex Sionis David sibimet gratulatus vnice: *Domine Deus, inquit, regi meo, & nihil mihi deerit.* Deus auriga meus est, ego parulo vchior pilento, & meum antere me aurigam semper aspicio; ita hic tutus confideo; subinde suauiter in hoc curru dormio, quia pericula non metuo, sed totum me diuina prouidentia committos, vias omnes & viarum compendia nouit auriga meus: vbi hospitium mihi fuerit accommodatum, subsistet, & hospitio me reficiet oportuno; *Domine regi meo, nihil mihi deerit, nihil vnquam; quaindiu Dominus me ita rexerit, quamdiu ego in hoc curru progressus fuero.* Hinc omni cogitatione, curaque in vnum istud incumbo, vt in curru hoc permaneam, ne fortè subita temeritate hinc desiliam; dum mansero, felix ero, & nihil mihi deerit.

David. Psal. 43. 1.

Atque hic Hebræi regis animus erat, Dei semper meminisse. Hinc notissima voces illas toties repetitæ: *Prouidebam Dominum in conspectu meo semper. Oculi mei semper ad Dominum. Memor fuit Dei, & delectatus sum.* Hinc ego, mi Lector, toties dicis, scriptique vrgeo, & precariunculam illam breuissimam omnibus familiarissimam esse, & vel vno die millies ingeminari cupio, *Domine I E S V, miserere mei, & dirige me.* Dic istud centies, vel vna hora, dic millies. Ita in omnibus viis cogita Deum, & ipse diriget gressus tuos. Imò vel illas solum geminas voces: *Domine I E S V, identidem & assidue animo vel ore ingemina.*

Psal. 15. 8. Ps. 24. 15.

Psal. 76. 4.

Iosephus licet seruus, licet ætata partiam longè possitas, licet alienigena & Hebræus, tamen ei Deus in Ægypto tantam aspirauit gratiam, vt Putiphar primus illius dominus omnem domum suam commiserit illi gubernandam. In ipso carcere Deum expertus, fauentissimam, in regio captiuos curæ suæ creditis imperium tenuit. Demam rex Pharaon regnum Ægypti in annona præcuranda ei tradidit. Ad hanc honoris sublimitatem per gradus ascendit; primò domum, dein carcerem & captiuos, denique regnum parte magna administravit. Vnde huic homini ignoto, ex-

Iosephus.

E e e 3 scro